UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III. Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et Decreta

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

De casuum reseruatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

Visual Library

eò ſibi de ſua ipſius fide blandiri, vt etiam a *ſi nulla illi adſit contritio, aut ſacerdoti animus ſeriò agendi, & verè abſoluendi deſit: putet tamẽ ſe propter ſuam ſolam ſidem, verè & corã Deo eſſe abſolutum. nec enim fides ſine pœnitentia remiſsionem vllam peccatorum præſtaret: nec is eſſet, niſi ſalutis ſuæ negligentiſſimus, qui ſacerdotem ioco ſe abſoluentẽ cognoſceret: & non alium, ſeriò agentem, ſedulò requireret.*

a inf. cã. 9

Vide poſt finem huius libri.

De caſuum reſeruatione.

CAPVT VII.

QV*oniã igitur natura, & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos dũtaxat feratur:* b *perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei, & veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius momenti abſolutionem eã eſſe debere, quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut ſubdelegatã non habet iuriſdictionem. Magnoperè verò ad Chriſtiani populi diſciplinã pertinere, ſanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt vt atrociora quædam & grauiora crimina à quibuſuis, ſed à ſummis duntaxat Sacerdotibus abſoluerentur,* c *vnde meritò Pontifices Max. pro ſuprema poteſtate, ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita, cauſas aliquas criminũ grauiores ſuo potuerũt peculiari iudicio reſeruare Neq; dubitandum eſt, quando omnia, quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, quin hoc idem* d *Epiſcopis omnibus in ſua cuiq; diœceſi*

b c. ſi epiſcopus, de pœ. in 6.

c c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. c. ita quorundã de iud c. cõ. q. de ſen. excomm. c. quicũq; eod. tit. in 6. & diſt. 2. eod. tit. in Clem.

c & ſi dominiũ, de pœ in ex. cõ. cũſim. Ro. 3. d. Fide Seſſ. 14 c 6. poſt mat. ac felicis de pœn. in 6. c. paſtoralis de off. ord. c. cupientes. de pœ. in Clem. c. inter cũctas. 6. duos. de priuil. in extra com. Cæleſt. epiſt. 2. c. 2. & 4 Carthag c. 76. & 2. Tolet. c. 12 de pœn. diſt. 3. circa princ. b inf. c. 12 Gen. 3. 3. Reg 12. Num. 14 & 20. Seſ.

in ædificationẽ tamen, non in deſtructionẽ, liceat, a illis in ſubditos tradita ſupra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate pſertim quo ad illa, quib⁹ excõmunicationis cẽſura annexa eſt. Hanc aũt delictorum reſeruationem, conſonã eſſe diuinæ auctoritati, non tantũ in externa politia, ſed etiã coram Deo vim habere, veruntamẽ piè admodũ, nec hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadẽ Eccleſia Dei cuſtoditũ ſemper fuit, a vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis atq; ideo oẽs ſacerdotes: quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt: extra quem articulum ſacerdotes cùm nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitãtur, vt ad Superiores & legitimos iudices pro beneficio Abſolutionis accedant.

De ſatisfactionis neceſſitate, & fructu.

CAPVT VIII.

DEmum, b quo ad Satisfactionem, quæ ex omnibus Pœnitentiæ partibus, quẽadmodum à Patribus noſtris Chriſtiano populo fuit, perpetuo tempore commendata, ita vna maximè noſtra ætate, ſummo pietatis prætextu, impugnatur ab iis, qui ſpeciem pietatis habent, virtutem aũt eius abnegarunt: ſancta Synodus declarat falſum omninò eſſe, & à verbo Dei alienũ, culpã à c Domino numquã remitti, quin vniuerſa etiã pœna cõdonetur, perſpicua enim, & illuſtria in ſacris litteris exempla reperiuntur.